Sed error illorum in quo adultera
est anima. & si legitimo uiro sa
cramenti habet ornamentum,
potest igitur nobis & hereticis bap
tisma esse commune. Cum quibus
potest & euangelium esse commune.
Quamuis a fide nostra error distet
illorum. siue aliud in patre. uel de
filio uel de spu sco sentiant quam
ueritas habet. Siue abuntate pre
cisi non colligant cum xpo sed spar
gant. Quia potest nobis si frumenta
dominica sumus. etiam uitus cum
auaris. cum raptoribus. cum ebri
osis. & ceteris eius modi pestibus. de
quibus dicitur. regnum di non pos
sidebunt. & baptismatis sacramen
tum esse commune. & tamen uitia
quibus a regno di separantur non
esse communia. Nec enim de solis
hereticis dicit apostolus. Quo qui
talia agunt. regnum di non posside
bunt. Sed non pigeat paulum ad
uertere. quae simul enumerat.
Manifesta inquit sunt opera car
nis. quae sunt fornicationes. Inmun
dtiae. luxuriae. idolorum seruitus.
ueneficia. Inimicitiae. contentiones.
aemulationes. Animositates. dissen
siones. hereses. Inuidiae. ebrietates.
commessationes. & his similia que
predico uobis sicut predixi. Quo
qui talia agunt. regnum di non pos
sidebunt. Constituamus ergo ali
quem castum. continentem. non
auarum. non idolis seruientem.
hospitalitatem indigentibus mi
nistrantem. non cuiusquam inimi
cum. non contentiosum. patientem.
quietum. nullum aemulantem.
nulli inuidentem. sobrium. fruga
lem. hereticum. nulli utiq. dubium
est. propter hoc solum quod hereti
cus est. regnum di non possessurum.
Constituamus alium fornicatorem.
inmundum. luxuriosum. auarum.
uel etiam apertius idolis dedtum.
ueneficum. discordiosum. conten
tiosum. aemulum. animosum. sedi
tiosum. inuidum. ebriosum. com
missatorem. Catholicum. nunquid
propter hoc solum quod catholicus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0096